



**Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas,
Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera**

Busaeus, Johannes

Mogvntiæ, M. DCVI.

44. Dom. 11. post Trin, de Pharisæo & publicano Luc. 18.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70978](#)

94 MEDITATIONES IN

mus & orationis, in qua arca lignea seruabatur; quanto magis domus Dei & orationis erit domus nostra, in qua ipse Christus Deus & homo in Eucharistia est præsens; ac proinde in templis semper cum magna reverentia est versandum, & orationi, non fabulis vacandum.

DOM. XI. POST TRIN.

De Phariseo & Publicano.

Luc.18.

1. *I*esus dixit discipulis. *Duo homines ascenderunt in templum ut orarent. Vnus erat Phariseus sic orans. Deus gratias ago, quod non sim sicut ceteri hominum, ieiuno bis in sabbatho, decimas do. Considera, quam sit terribilis in consiliis suis Deus. Quis enim nostrum non præferat hodie pharisaum, qui tam multa bona fecit, & de iis Deo gratias agit, publicano, qui multa mala fecerat, & nihil boni? & tamen hic iustificatus est præ illo.* 2. nota, in quo peccavit Phariseus, Primo, quia censuit se iustum, quod solus Deus scit. 2. quia se laudauit: *Laudet te alienus, ait Sapiens, & non ostuum* 3. quia ceteros censuit iniustos, contra illud. *Nolite iudicare.* 4. quia cæteris se

prætul.

Phar.

27.

Matt.

7.

IN
a serua-
oratio-
Christui
præsens
magna-
ni, non
IN.
•
es ascen-
nus erat
o, quod
o bis in
uam sit
is enim
risæum,
iis Deo
nala fe-
ustifica-
peccarit
iustum,
udavit:
er non os
os, con-
eteris se
prætu-

DOM. TOTIVS ANNI. 95

prætulit cum Apostolus doceat, quod in Phil. 2.
humilitate omnes superiores debeamus
arbitrari.

Alter publicanus stans à longe, nec oculos
audebat ad cœlum tenare, sed percutiebat
pectus suum dicens. Deus propitius esto mihi
peccatori. Considera quas Dens veræ hu-
militatis conditiones in isto notarit. pri-
mo, quod non ausus fuit oculos ad cœ-
lum leuare, reputans se esse nihil. & quid
est homo licet iustus respectu Dei, nisi pul-
uis & cinis? 2. quia confessus est se nihil
boni fecisse, nec habere, nec habiturum,
nisi ex mera Dei gratia, dicens. Deus esto
mihi propitius 3. quia non modo nulli se
prætulit, sed indignum etiam censuit, ut
prope alios staret. 4. quia se accusauit, ut
peccatorem. Iustus enim sui accusator est, Propterea
ait Sapiens. 5. quia & intus suam indigni- 18.
tatem agnouit, percutiens pectus.

Amen dico vobis. descendit hic iustificatus 3.
ab illo, quia omnis, qui se exaltat humiliabitur,
&c. Considera, quantum malum sit su-
perbiæ respectu cæterorū vitiorū, ut nem-
pe simul & semel omnia bona opera de-
struat; ut nihil sint, nec pro sint: cetera e-
nim virtus singulas tantum virtutes tollunt.
ut ira patientiam, auaricia liberalitatem.

Con-

26 MEDITATIONES IN

Contra humilitas, etsi nulla bona, immo multa mala coniuncta habeat, omne bonum sibi conciliat. 2. considera, quam humiles deinceps esse nos conueniat, animo, verbo & opere, & propter arcanum Dei iudicium semper pauidos, nunquam de bonis operibus gloriantes, sed omnium miseros iudicalites.

DOM. XII. POST TRIN.

De surdo & muto. Marc. 7.

¶ **V**IDEAM adducunt Christo surdum & mutum, precantes, ut imponat illi manū. Considera surdum spiritualiter esse, qui aures claudit concionibus, monitionibus, & inspirationibus Dei & conscientiae. Mutum, qui os claudit ad agendas Deo gratias, ad confitenda sacerdoti peccata, ad colloquia pia, ad iuuandum proximum. 2. si sanari velimus ab utroque malo, non debere solum nos ipsos dominum orare, sed etiam sanctis uti intercessoribus, ut multiplicatis oratoribus facilius impetretur venia.

¶ **C**hristus eum de turba seorsum duxit, digitos in aures inseruit, expuens tetigit lingua, suspiciens in cœlum ingemuit, & ait.

Epheta.